



## Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

Alia pro paupere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70749)

mus et illos nobis propterea vendicantes patrocinium apud eum quod nostris meritis non valemus eorum obtinere intercessionibus mereamur

¶ **Alia communis**

**S**plendor paterne glorie que sua mundum illuminat ineffabilis claritate pia vota fidelium de clemencia ipsius maiestatis sperantium tunc precipue benigno favore presequitur cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuuatur

¶ **De sepulcro dominico et alijs sanctis**

**E**t si cuncte nobis ecclesie capelle et loca sub sanctorum fundata vocabulis pia deuotione fidelium sint veneranda illa tamen que in honorem sub sepulchro dominici ac sanctorum Joannis baptiste Petri principis apostolorum Georgii martyris et Marie magdalene vocabulis dedicata noscuntur eo celebriori memoria puenit venerari quo dominus noster Iesus christus eorundem sanctorum precibus et intercessionibus immediatius et perfectius vota fidelium dirigit ad gratiam exauditionis admittit

¶ **Alia communis pro alijs sanctis**

**E**t est de cuius munere venit ut sibi a fidelibus suis dignetur laudabiliter seruiat de abundantia sue pietatis que merita supplicium exaudit et vota benemerentibus sibi multo maiora retribuat quam valeant promereri. nihilominus tamen desiderantes domino populum reddere acceptabile et bonorum operum sectatores fideles ipsos ad contemplandum et quasi quibusdam allecitiis muneribus indulgentijs videlicet et remissionibus inuitamus ut exinde reddantur diuine gratie aptiores Lupicetes etc.

¶ **Pro reparatione pontis fracti**

**Q**ui peregrinorum et aliorum christifidelium incolumitate solliciti his qui pro euitandis eorum periculis faciende sunt fabrice manus adiuuantes porrigere possunt apud deum bonum et meritorium reputamus. Cum itaque etc.

¶ **Pro paupere**

**Q**uoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal christi recepturi prout in corpore gesserimus siue bonum siue malum nos oportet diem peregrinationis extreme pijs misericordie operibus preuenire et ea seminare in terris que colligere valeamus in celis. quoniam que parce seminat parce et metet. et que seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam Cum itaque etc.

¶ **Alia pro paupere**

**Q**uiens merces fidelium ad charitatis et alterius deuotionis opera christi pauperibus quos egestatis penuria depmit largienda allecitiis indulgentiarum muneribus pensius excitamus Cum itaque etc.

¶ **Modus procedendi siue narratiue indulgentiarum.**

¶ **De ecclesia gloriose virginis**

**Q**uia precella etc. Lupicetes. igitur ut parochialis ecclesia beate Marie de n. dioc. n. in qua ipa beata virgo dei genitrix Maria ineffabilia